

CANCELL.  
MARTIS B.\*  
1718.\*


OÖLm

~~St. G. B. L.~~


~~XXVIII. 9. a~~

V.L. c. 67.56

Ms., Klemm 15







*Q. D. B. V.*

*9*

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS

*Leg. III. Cod.*

*DE*

# PIGNORIBUS ET HYPOTHECIS

*Analysin exhibens*

*QUAM*

**SUB PRÆSIDIO**

*ALTISSIMI ET SAPIENTISSIMI FONTIS  
JESU CHRISTI*

*EX CONSENSU MAGNIFICI ET NOBILISSIMI*

**JCTORUM ORDINIS,**

*IN CELEBERRIMA HAC GISSENA*

## **PRO LICENTIA,**

*SUMMOS IN UTRIQUE JURE HONORES*

## **ET PRIVILEGIA DOCTORALIA**

*RITE ET SOLENNI MODO CAPESSENDI.*

*AD D. DECEMBR. ANNO M. DCC. III. H. L. C.*

**PUBLICO EXCELLENTISSIMORUM**

## **DNN. PROFESSORUM**

*EXAMINI SUBJCIT*

# **JOHANNES HENRICUS RIES,**

*FRIED. WEDDER.*

*GISSÆ HASS. EXCLUD. JOH. REINH. VULPIUS, ACAD. TYPOGR.*



DISPUTATIO LUDICRA  
PIGNORIPUS  
ET HYSTERICUS  
SIB RHESSIUS  
MAGISTER ET LIBERUS  
ICTORUM ORDINIS  
INCEREBRARIUS ET GEMELLUS  
PROLICHNIA  
Johannes Henricus Ries  
Hans Wiede  
OBERHESSECKD. IOH. REINH. AUFH. ACAD. TACOS

PER ILLUSTRI atq; GENEROSISSIMO

DOMINO  
**BURGRAVIO**

NOBILISSIMIS, DOCTISSIMIS  
ET PRUDENTISSIONIS

DOMINIS  
**CONSULIBUS**  
SCABINIS ET SENATORIBUS CIVITATIS LIBERÆ IMPERIALIS FRIEDBERGENSIS, PATRIÆ PATRIBUS SPECTATISSIMIS, GRAVISSIMIS,

DOMINIS MEIS PROPITIIS,  
ATQUE HONORATISSIMIS.

Nec Non

# VIRIS

SUMMOPERE VENERANDIS PRÆSTANT  
TISSIMIS LITERATISSIMIS atq; PRÆCLARISSIMIS

DN. PHIL. FRIEDER. RIES.  
DN. JOH. HENR. MOHR.  
DN. JOH. WILHELM. RIES  
DN. JOH. CASP. MOHR  
DN. EMER. FELIC. MOHR.

DN. PATRONIS FAUTO  
RIBUS PROPINQUIS ET AMICIS  
SUIS OPTIMIS

*Hanc Dissertationem Inauguralem*

Dedicat, offert consecrat

*humilimus*

Joh, Henr, Ries, Friedb. Wedder,



## PROOEMIUM.

VM finis, cuiuscunque Disputationis  
sit indagatio veritatis, & ut exinde ali-  
qua possit hauriri utilitas, opera preti-  
um esse duxi si Legem 3. Cod. de pignor.  
& hypothec. loco thematis Inauguralis ana-  
lyticè pertractandam suscipere, cum sèpè ad-  
huc hodie in foro controversia & lites orientur  
ut plurimum enim obligationis instrumento so-  
let inseri clausula non tantum constituti possessio-  
rii, sed & quod creditori propria authoritate  
ob moram Debitoris sortem vel usuras con-  
vento tempore non solventis pignus occupare &  
possessorie ingredi liceat. Lubens equidem  
fateor, majorem prudentiam jurisque scienti-  
am ad ubiorem expositionem hujus The-  
matis fuisse requisitam, quia verò jam mei  
non est instituti integrum conscribere tracta-  
tum,

tum, cum tantum temporis spatum huic labori  
insumere non licet, attamen cum ante  
dicessum ab Academiis jussu per dilectorum  
meorum Parentum Specimen hoc edere, &  
aliqualem mea Tenuitatis memoriam relin-  
quere debui. Quod deest B. L. suo favore  
suppleat; sed quoniam Deus est, qui res peni-  
tus desperatas donare & virtutis sua ma-  
gnitudine consummare potest, Constit. Deo  
Auctor. de confirmat. Digest. merito & in  
eius nomine ad hanc spartam juxta L. 2.  
Cod. de offic. Prof. Prætor. Afr. me accingo.  
Faxit itaque ut scopus mihi praefixus vergat in  
sui Divini Nominis gloriam, Proximi  
emolumentum, studiorum meorum in-  
crementum & Parentum gaudi-  
um.

L. III.



L. III. Cod.

De

# PIGNORIBUS ET HYPO- THECIS,

Ildem A. A. Maximo.

Creditores qui non reddit a sibi pecunia conventionis Legem ingressi possessionem exercent, vim quidem facere non videntur, attamen auctoritate Praesidis possessionem adipisci debent. P. P. Kat. Maii Antonino A. II.  
et Geta II. Coss. 206.

S. I.

**A**Nequam verò ad ejus verba aecdam, partea de inscriptione præmittere placuit. Video autem ex ea in verbo Ildem, quod se referat ad priores Leges, quarum Authores sunt Imperatores Severus & Antoninus, quo nomine litterali quoque Imperatores insigniantur, ut Alexander

Severus ob mirandam' constantiam, & Antoninus Pius ob comitatem, Marcus Antoninus Philosophus ob Philosophiae Studium ita denominati. Nihilominus tamen illud nomen, quod varia habet significationes (1) enim denotar titulum gratulatorium, quo excipiebatur is, qui prostratis hostiis millibus Triumphum egit. *Cicer. lib. 2. Epistol. fam. epist. 10.* (2) Ducem exercitus & militiae Romanæ Moderatorem, *Halicarn. 3. n. 5.* vid. Limnæum 2. *Jur. publ. 1. n. 1. & seq.* (3) Regem, penes quem summa est potestas, & sic omnibus in Imperio successoribus in hunc usque diem solenne mansit. *Bulenger de Rom. Imp. 1. cap. 2.* (4) Cæsari opponitur *I. 7. Cod. de malef. & mathemat.* de Septimio Severo & Antonino Caracalla tantum exaudiendum est. Hic Septinius Severus natione Africanus quem fortuna ob litterarum & militiae studia ad Imperium evexit: à Papiniano Optimus & Maximus Princeps in *I. 8. pr. ff. de vacat. & excusat. muner. I. 78. §. 1. ff. de legat. 2. vocatus est.*

## S. II.

De Antonino verò Caracalla ejusdem Severi Imperatoris filio ex Historiis æquè constat, quod à Patre adhuc vivente in socium & Collegam Imperii assutus, sit & Romanum Imperium altera vice duos simul Augustos & Principes uno eodemque tempore habuerit, exinde tamen absurdum esset colligere, Imperium tunc temporis fuisse Aristocraticum, cum non ex Lege Imperii sed ut socii regnaverint prout similia exempla & ante & post eorum tempora occurrunt. *Hubner. in Hist. Polit. l. s. sub vita Lucii veri pag. m. 914. & l. s. pag.*

9

*pag. 450. sub vita Diocletiani.* Hoc unicum saltem silentio præterire nolui, quod sub horum regimine vixerit Paninius summæ authoritatis JCtus Scævolæ Discipulus, cui post ejus obitum in advocatione Fisci successit, cuiusque ex Schola multi alii JCTi prodierunt vid. Beat. Dieteric. Profess. hujus Ludov. celeberrimum *in Brev. Hist. sub vit. Severi §. 6. pag. 181.* De persecutione verò Christianorum aliisque rebus gestis qui plura scire desiderat evolvat. *dict. Brev. loc. alleg.*

### S. III.

Perlustrata nunc inscriptione progrediendum erit ad publicationem, quæ cum demum manifesta sit, si subscriptionem inspicio, ea vero facta est Kal. Maji, Antonino 2do & Geta 2do Coss. anno 206. Vocantur autem Consules illi penes quos summum erat post exactos Reges Imperium *l. 2. §. 6. ff. de Orig. Jur.* & habebant hunc honorem, ut & Imperatores cum in statu Monarchico assumere non dignati sint, Lipsius *de Magistr. veter. pop. Rom. cap. 8. & 9.* Augusti nomen quod attinet, illud primum impositum est à Senatu Octavio, inde Successoribus usurpatum, dictum vel ab augendo quod Imperator fines Imperii augere debeat, juxta Doctores communiter: Unde illud hodieque *allezeit Reichs-* *vel ab augurio,* & eo quod loca in quibus auguratio quid consecratur, Augusta nominentur Sueton. *in August. cap. 2.* Multa quidem hac de re adhuc in medium proferri possent, quoniam vero mihi non proposui historica sed juridica defendere, quod tamen haud aliter fieri potuit, nisi cogniti sint illi, qui hujus Legis Authors extitere, ideo filum abrumpto.

### B

### S. IV. Qui-

## §. IV.

Quibus præmissis transcendum est ad ipsum proprium Legis casum, qui continet speciem facti ejusque resolutionem, à Maximo Provinciatum Præside allatam. Erat autem talis: Causa debitorem habuit Seum, qui in securitatem crediti constituit Creditori suo hypothecam in prædio quodam, addito hoc pacto, ut si Debitor justo tempore non solvat, Creditori propria authoritate fundi possessionem ingredi liceret, creditor itaque ex pacto ingreditur possessionem fundi. Hinc queritur an possessio sit justa, & in ea defendi possit Creditor? Respondent dicti Imperatores, quod vim quidem facere non videatur, attamen suadent authoritate Præsidis possessionem esse adipiscendam.

## §. V.

Cum verò tam ex proposita facti specie & questione, quam ejus Decisione varia suboriri possint dubia, ea propter specialius singula verba Legis perlustraturus sum, annexis propè sine rationibus dubitandi & Respondendi.

## §. VI.

Casu Legis exactè cognitò sine ullis ambagiis me verto ad ipsius explicationem, ubi prima fronte considerandum venit vocabulum:

CREDITORES cum autem ante omnia in cognitionem rei inquirere debeamus, id ipsum meritò hic observemus; ut eruditè loquitur Liebenthal. Doctor & Profess. hujus Academiæ celeberrimus, Proavus meus paternus jamdiu piè defunctus, in Colleg. Polir. Thes. I. §. 2. Priusquam verò de variis hu-

jus

jus vocis acceptationibus, quas videre licet in l. 10. 11. 12. &  
 54. ff. de V.S. verba facio, definitio per quam erit necessaria,  
 quæ extat in l. 42. §. 1. ff. de O & A. l. 55. de V.S.  
 Qua ratione verò hoc loco accipiuntur, id ipsum colligendum est ex materia substratâ, quæ suadet acceptio-  
 nem hic esse specialem & strictam, denotantem Creditores  
 respignoratios l. 3. C. de pignor. & hypothec. Præterea etiam ex jure nostro constat propriam crediti significatio-  
 nem attributam esse mutuo l. 2. §. 1. ff. de reb. cred. l. 19.  
 §. 5. ff. ad SCrum Vellej. junct. l. 3. §. 2. & 3. ff. ad SCrum  
 Maced. quod quoque testatur Dominus Dr. Mollenbec.  
 Antecessor hujus Academiæ meritissimus etiam in gra-  
 tâ memoriam venerandus in suis Divis. Centur. 1. Divis. 100.  
 litt. B. Quamvis negari haud possit, alias credendi voca-  
 bulum generaliter accipi, docente Celso in l. 1. ff. de reb.  
 cred. dicitur enim credere mutuans, dicitur quoque cre-  
 dere commodans, deponens, & alii. Quod verò omne  
 mutuum dicatur creditum, de hoc dubitari nequit non  
 tamen convertibilis est hæc propositio, quod vice versa  
 omne creditum sit mutuum, nam falleret in eo, quia &  
 pignus est creditum, depositum & alii contractus d. l. 1. ff.  
 de reb. Si autem hoc fieri posset, sequeretur, quod hi enu-  
 merati contractus nonsint species crediti, quod ramen di-  
 cere absolum foret; Ut autem constare possit differentia  
 inter creditum & mutuum, haud inconsultum erit, non  
 nulla de iis differere. Nam quemadmodum in §. 4. 7. de  
 jure naturali Gent. & civil. populus à plebe differt, ita &  
 hic mutuum à credito, creditum siquidem Itis est genus  
 mutuum verò species, ut eleganter Paulus in l. 2. §. 3. &  
 seq. ff. de rebus cred. ibique Gotofredus in Not. Calvin. in

*Lexico Jur. voc. cred.* Sed quoniam correlatorum una eademque est ratio, & uno cognito facile patet alterum, ideo de Debitor nunc querere lubet, qui propriè est is, à quo invito pecunia exigi potest, l. 108. ff. de V. S. Hoc tamen non est perpetuum, sed vacillat in eo, quod non omnis à quo invito pecunia exigi potest, debitor sit, nam ecce qui nummos meos possidet, ab eo invito ego exigere possum nec tamen est Debitor meus. §. 1. 7. de aet. vel Debitor etiam talis dici potest, cui nulla competit exceptio d. Calvin. in Lexic. Jur. voce Debitor, & sicut creditor vel ex contractu vel ex delicto talis est, ita & ad Debitem certò respectu id ipsum applicare possumus l. 14. ff. & l. 15. de Hered. petit. Alias Debitorum Divisiones legere sis in l. 16. ff. eod. Calv. d. l.

## §. VII.

**Qui NON REDDITA PECUNIA.** Quamvaria autem vocis pecunia sit acceptio pluribus docet sapientius citatus Calv. voc. pecun. quod & confirmat. l. 178. ff. junct. l. 222. de V. S. can. putant. x. causa 14. Quesit. 3. de usur. Quomodo aut in hoc loco sumatur, de eo nihil certi ex Lege constat, qua ratione non opus erit, ut in stricto significatu accipiatur, sufficit mihi mediā viā incēdere, quæ angustiorem significationem approbat, quatenus res pondere numero & mensura constantes denotat. l. 2. §. 3. ff. de reb. cred. & supra alleg. Magistrificus Doctor Mollenbeck. in Divis. cent. 2. Divis. 21. Lit. B.

## §. VIII.

Sumitur autem hocce vocabulum in jure nostro mul-

multifariam: interdum pro omnibus rebus tam mobili-  
bus quam immobilibus, tam corpora quam iura conti-  
nentibus l. 222 ff. de V. S. Imperator Justinianus com-  
prehendit eā voce non solum res fungibles, sed omnes  
res, quae in Stipulationem deduci possunt, l. 2. Cod. de  
const. pec. interdum etiam omnia iura hereditaria com-  
pleteatur. l. 50. ff. de V. O. l. 20. §. 1. de stipul. serv. & l. 5.  
de V. S. sub nomine omnium quae sunt in patrimonio no-  
stro: strictius vero accipitur pro pecunia numeratā quo-  
modo pecuniam in venditione exigimus, ut. & in locatio-  
ne operis. l. 5. §. 2. Prescript. verb. Quod in locatione  
indistinctē affirmat Hahn ad V. Resenb. de locat. n. 7. Ra-  
tio diversitatis est, quod si in illā locationē non intrave-  
nit pecunia, foret contractus innominatus, do ut facias, pe-  
cunia vero data est locatio per alleg. l. 5. Strictissime su-  
muntur pro solis nummis & signato ære auro & argento  
in l. 4. §. 1. ff. de reb. cred. l. 7. §. 3. ad SCutum Maced.

## §. IX.

Differit tamen pectus à re, fixe enim nobis non  
tantum involvit ea, quae sunt in patrimonio, verum et-  
iam quae sunt extra patrimonium nostrum. l. 5. ff. de V. S.  
Itaque res est loco generis Gredd. ad d. l. 5. Schneidev. v.  
ad f. pag. m. 151. illa vero est species d. l. 5. de V. S.

## Sequntur verba:

CONVENTIONIS LEGEM INGRESSI. Quæ vox adeo  
generalis est, ut etiam sub se comprehendat pactum;  
sunt etenim Synonyma & promiscue hinc inde usurpan-

tur. l. 1. §. 2. & 3. ff. de pact. l. 3. ff. de pollicit. & l. 15. ff.  
*P. V.* Quam varia autem de Jure Romano sint pactorum  
 genera; illud in vulgus notum est, & licet hocce pactum  
 non simpliciter improbandum sit; quoniam contractui  
 pignoratio omnia pacta adjicere non est vetitum, ex-  
 cepto saltem pacto Legis Commissoriae. l. 1. *Cod.* imò per  
 tot. de pact. pignor. quod quoque comprobar Carpzov.  
*p. 1. Conf. 32. Def. 27.* Illicitum tamen est secundum  
 quid, & respectivè, quia invitat ad delinquendum; pacta  
 autem ex quo scandalum tumultus & alia flagitia oriuntur  
 sunt contra bonos mores, & per consequens non obliga-  
 toria. l. 28. ff. de pact. arg. §. 7. 7. de mandato Brunneim.  
*ad L. 3. Cod. de pign. & hypothec.* Hoc tamen facile lar-  
 giri possum, quod aliis quoque contractibus adjici possit,  
 teste Bartolo *ad L. 3. Cod. de pign. & hypoth. n. 10.* & ibi.  
 Baldus l. 3. quos sequitur Anthon. Negutz. *in tract. pign.*  
*p. 4. pr. n. 11. & 12.* sapissime tamen sine effectu, quando  
 talis cum exercere voluerit pactum contradictem inven-  
 terit, eo enim casu si nihilominus sine autoritate judicis  
 in occupatione pergar, non solum pactum destituitur ef-  
 ficacia, quæ ipsi ineft, exemplo instrumenti quarentigia-  
 ti, quod paratam operatur executionem, causa tamen  
 summariter cognita, Hahn. *ad VVesener. de distract. pign.*  
*n. 16.* Berger. *in resolut. Legum Obstantium.* Struv. *in Dis-*  
*spat. de vind. pruv. cap. II. aphor. 3. n. 4.* Befold. *in Thesau-*  
*ro pract. verbo mit oder ohne Recht.* Giphan. *ad d.l. 3. Matth.*  
*Colerus in process. execut. P. 1. c. 5.* Mantica de sacit &  
*ambig. convent.* l. 5. pag. 566. Qui idem statuendum es-  
 se putat, si clausula constituti possessori sit adjecta. Henn.  
*Hanncl. de act. cap. 12.* Bachov. *in tractat. de pign. vid.*

ctiana

etiam R. f. de anno 1600. §. Wann in einer Beschreibung  
verum etiam ipso jure creditum amittit. L. 7. Cod. unde vñ  
& l. 13. ff. quod met. causa.

## §. XI.

POSSESSIONEM EXERCENT cuius verbum in jure no-  
stro varium est, ne verò illotis (ut ita loquar) manibus il-  
lud aggrediar, ante omnia in originem, quippe quæ  
potissima cujusque rei pars est, l. 1. ff. de Orig. Jur. inqui-  
rendum erit, derivatum autem est vocabulum possessionis  
à pedibus quasi dicas pedum positio juxta l. 1. ff. de acquir.  
vel amitt. possess. Wetenbec. in Paratitl. d. l. n. 2. Treut-  
ler. l. 2. Disp. 21. th. 1. lit. A. & ibi Bachov. Alii derivant  
eam à sedibus quasi positionem sedium, ita enim in libris  
Florentini legitur, & per consequens me judice melior  
est quam prior. Vinnius in Selectiss. Jur. libr. 2. quest.  
36. Quare verò ab ante citatis Doctoribus à pedibus de-  
nominetur nec potius ab alia corporis parte variae asig-  
gnantur rationes quæ videri possunt apud Schneidevvin.  
ad Inst. pag. m. 1053. n. 5. Cognito principio ad definitio-  
niem pér gendium mihi erit, qua tamen in re definienda  
Interpretes mirum in modum discrepant, adeò ut omnes  
ferè patientur difficultatem, multisque dubiis obnoxii  
sint, placeat verò mihi inter alias ita definire eam, quod sit  
corporalis rei detentio, cui inest affectus vel proprio vel  
alieno nomine rem tenendi. l. 41. & 45. ff. de acquir. vel  
amitt. possess. Vinn. in Quest. suis selectiss. l. 2. Quest. 36.  
Dividitur verò in naturalem & civilēm, quæ prior etiam  
corporalis vocatur quo facit. l. 25. §. 2. de A. vel A. possess.  
de qua divisione utpote Legibus congruente vid. l. 3. §. 13.  
l. 1.

*l. 1. §. 1. ff. eod. tit. & l. 13. §. 1. de public. in rem act.* Hoc loco mihi tantū sermo est de jure creditoris in re hypothecata competente, occasione cuius videndum quomodo pignus ab hypotheca differat, & in quibus conveniat. Hac in re secutus Beat. Struvium ita distinguo: aut enim sumitur pignus generaliter, aut specialiter; priori sensu recte Martianus in *l. s. §. ult. ff. de pignor.* solum sonum differre inter pignus & hypothecam ait, ut & Brissonius in *Lexic. Jur. voc. pign. pag. m. 1567.* Sin vero posteriori modo considerarur, opponitur hypothecæ. Struv. *exerc. 26. th. 2.* In eo vero discrepant, quod pignus pro objecto habeat mobiles, hypotheca plerumque res immobiles. *§. 7. 7. de Act.* ibid. Schneidevv. n. 9r. (2) transfertur in pignore possesso, quod tamen secus est in hypotheca *l. 9. §. 2. ff. de pignor. act.* Plures differentias annotavit Dominus Hopp. in suo *Comment. ad §. f. J. quibus mod. recontrah. oblig. junct. §. 7. 7. de act.* Ne vero à proposito recedam ulterius examinandum mihi est vocabulum possessionis quod Creditori pignoratatio naturalem possessionem tribuit, *l. 36. ff. de acquir. vel amitt. possess.* hypothecarius vero tantum habet jus in re *§. 7. 7. de Act.* Vi cuius remedia possessoria ei concedenda docet *Mev. p. s. Dec. 94.* quibus mediantibus possessionem à rapitore avocare possit.

## §. XII.

Ex quibus patet, quod si creditor possessionem bonorum debitoris vi pauci requisito ad hoc judice exerceat rem quoque civiliter possidere dicatur, uti testatur LB. in *Compend. Jur. sub tit. de pignor. & hypothec. pag. m. 405.*

in.

• 17 •

in med. ob præsumptionem, quia iste qui Authore preto-  
re possidet justè possidere dicitur. *i. 11. ff. de A. vel A. P.*  
præsumitur enim ingrediens omni meliori modo &  
via sibi voluisse consulere, ac providere. *i. 3. ff. de test. mi-*  
*lit. l. 12. ff. de reb. dub. Menoch. de adipisc. possess. remed. 4.*  
*n. 432.*

### §. XIII.

VIM QUIDEM FACERE NON VIDENTUR quid verò  
sit vis & quomodo in Legibus describatur, de eo omnes fe-  
Commentarii sunt referti, arridet tamen mihi præ aliis  
definitio legalis, quæ extat in *l. 2. ff. quod metus causa;*  
Ubi vis est majoris rei impetus, qui repelliri non potest.  
Hoc tamen vocabulum anceps esse & Gallis venire no-  
mine force, Italis violenza, Germanis vero **Gevalte**/plu-  
ribus docet Magnificus Dn. Tabor. in Annotat. ad Col-  
leg. JCorum Arg. de vi & vi armata th. 2. quam variis  
autem derivationibus obnoxia sit eodem loco docet, al-  
ludens ad Græcum *βία*, cuius contrarium est jus Vossius in  
suo Aristarchol. *l. 1. cap. 48.* item *l. 2. cap. 13.* Alias passim  
in legibus vocatur manus & violentia, *l. 6. ff. ad leg. Jul.*  
*de pecul. l. 3. ff. de offic. Praesid.* Quæ dupliciter potest con-  
siderari, velut propriè sit dicta, vel ut impropriè quo po-  
steriori modo sumitur vel pro virtute efficaci, ut in *l. 7. &*  
*17. ff. de Legibus.* quara ratione etiam intelligenda est de-  
finitio tutela in *§. 1. 7. de tutel.* vel pro conditione tacitā,  
ut in *l. 7. §. 4. ff. de solut.* *l. 16. §. 3. ad SCrum Trebell.* *l. 1. §. 1.*  
*ff. de statu liber.* *l. 1. ff. de cond. & demonstrat.* Propriè sic  
nuncupata vis est vel Divina vel Humana. Divina posi-  
ta est in *l. 24. §. 4. ff. de damno infect.* vocatur etiam ma-

C.

jor.

jur, & magna in l. 25. §. 6. ff. locat. l. 2. in f. ff. de peric. & commod. rei vend. Humana est vel licita, vel illicita; prior competit personæ vel publicæ, ut Magistratui qui jure licito & autoritate sua quam sustinet, vim alicui inferre potest. l. 3. ff. quod metus causa vel privatæ, ut quando alicui permittebatur, privata & propria autoritate, manu etiam injecta, & tandem obtorto collo adversarium in judicium rapere vid. Wesenbec. in Paratitl. de ius voc. n. 2. quod tamen hodiè non licere, non solum Ummius Disput. de process. 5. th. 7. n. 83. sed & ipsa experientia rerum Magistra docet. Illicita jam modo definita, quod scil. sit majoris rei impetus &c. Hæcque duplex vel privata, vel publica; quæ divisio adeò summa est, ut nulla vis committi possit, quæ non vel in hanc vel in illam cadat. Privata vero est, quæ sine armis fit l. 3. ff. de vi privat. Quotuplex autem illa sit, hoc loco non putamus necessarium esse ut investigemus, sufficit mihi, heic vim expulsivam denotari.

## §. XIV.

Dicitur verò eam factam esse, 'quando aliquid nullo jure fit, contra liberam alicuius voluntatem & animum. l. 6. §. f. ff. de acquir. vel amitt. possess. Bartol. ad L. 4. §. 25. ff. de usurp. & usurpat. & quemadmodum creditor in occupanda propria autoritate debitoris possessione vim facere dicitur, ita & debitor in surripiendo pignore vim imo & furtum facit, non obstante l. 55. ff. de furt. Cum in §. 10. supra dictum sit ipso jure creditum amissum esse, quando dicto modo creditor propria autoritate possessionem bonorum debitoris intrat, occasione hujus apposite

sitè satis queri posset, anne illud dominium, quod creditor amittit, in Fiscum redigatur, an vero debitori cedat. Ubi posteriorem sententiam cum communi Dd. Schola approbo, quam confirmat §. 6. f. de Interd. estimationem rei alienæ ablatae vim passio reddi jubens, qui §. generali privatorum judiciorum naturam, quibus non id, quod fisco, sed quod nobis debetur, persequimur, evidenter demonstrat. Et hæc in tantum procedunt quod creditor suum creditum amittat, licet sibi pacto prospexit. d. l. 3. frustra dissentiente Menochio de remed. recuper. possess. remed. g. n. 208. & aliis qui cum liberant à pena L. 7. C. unde vi, cui eo pacto potestas data ingrediendi.

§. XV.

Quibus vero periculis expositi sint illi, propria auctoritate sibi ius dicentes, de illis non unum invenimus judicium, raro enim fieri solet, ut debitor consentiat in occupationem possessionis à creditore faciendam, qua propter suadent Doctores pro evitando periculo armorum & fusionis sanguinis, ut securiores sint Creditores non solum ratione actionis injuriarum, quam pro violata jurisdictione protestatis, ejus cuius in territorio vis privata committitur metuendam habent, adhibendam esse judicis auctoritatem, ne forsitan ejusmodi conventio præbeat occasionem tumultus d. l. 178. ff. de reg. Jur. quod tamen periculum facile avertere poterit, si petat saltem à judice Officiales sibi adjungi, donec realiter fuerit ingressus, possessionemque naectus, ut scil. metu ministerialium judicis Debitor abstineat ab injuriis tixis atque scandalis. Sal-

cet. d. l. 3. nec est quod creditores hisce observatis metuere debeant mortā & ambages in processibus gerendis, quibus per Privatam occupationem carere potuissent, quia Judex absque ulterioribus molestiis creditores statim per ministros suos immittere tenetur. Jason. in l. 11. ff. n. 16. & 19. de acquirend. possess. Matth. Coler. d. c. n. 82.

### §. XVI.

*Sequitur in textu:*

AUCTORITATE PRÆSIDIS Hujus vocabuli acceptio vel generalis est, quo in significatu comprehendet eos qui non solum regendis provinciis *l. 1. de officio. Praefid.* Verum etiam illos, qui cuilibet rei ac Ordini praesunt, complectitur, quorum divisio fit in Proconsules, Legatos Cæsaris, Rectores provinciæ omnesque provinciæ Præsides, vel specialis, quando iis opponitur, denotaturque is qui à Principe ex Senatoribus eligitur, & in provinciam ad eam regendam mittitur, *vid. Coll. Ict. Argent. de Off. Praef. n. 1.* Imo post Principem in provincia Imperium habet. *l. 4. ff. eod.* sed hæc specialis accepto hoc loco non intelligitur quoniam non præcisè Præfidem provinciæ desideramus, sed & alium qui extra provinciam Jus dicit, inde est, quod in generaliori significatu sumamus.

### §. XVII.

Officium eorum quod attinet, scire oportet, eos gratis supplicantibus inservire obstrictos esse, sustinent etenim in his terris vicem Dei, ejusque imaginem repræsentant adeo ut qui eos contemnit Majestatem divinam

CON-

contemnere videatur, quemadmodum hac de re differit  
 Limnaeus in Jurepubl. l. 2. c. 6. possum & hanc rationem  
 addere, quod leges scripturæ ubi ab ipso Numinе Magi-  
 stratus interdum Dii ut Exod. 22. v. 9. Angeli Samuel. 14.  
 v. 20. cap. 19. v. 27. Ministri & legati sui Rom. 13. appellan-  
 tuntur. Higitur nullo modo se pecunia vel aliis munu-  
 sculis ac donis corrumpi patientur, l. 6. §. 2. ff. ad L. Jul.  
 repetund. Quod etiam Imperatores Gratianus Valen-  
 tius & Theodosius improbat in L. 6. C. cod. ubi omnes  
 Cognitores & Judices manus abstinere neque alienum  
 iugium suam prædam esse putare debent d. l. Restrингi-  
 tur verò illud ab Interpretibus tantum ad pecuniam, con-  
 cessa ipsiis insuper facultate xenia accipere, sicut autem  
 nunc omnibus istis in officio constitutis ad evitandam  
 avaritiae & corruptelæ suspicionem munera accipere non  
 licet. l. 3. & 4. ff. ad L. Jul. repet. Ita etiam Præsidibus  
 (exceptis tamen ut dixi) esculentis & poculentis. l. 18. ff.  
 de officio Præsid. & Wescenbec. in parasitilis ad tit. de officio  
 Procons. l. e. tale quid committere interdicimus, melius  
 tamen facturos esse eos, si nec haec accipient, quia ille  
 magis reprehendendus est, qui in minimis avaritiam exer-  
 cit, quam qui in magnis, Capz. Quest. 93. & LB. in Comp.  
 Jur. pag. mibi 702. fere in fine.

## §. XXIX.

ADIPISCI DEBENT quæ sententia adeo vera est,  
 ut omnia haec tenus dicta atque prolatæ confirmet semper  
 enim judicandum est de eo quod in Jure ultimo loco  
 dispositum est. l. 10. pr. ff. de acquir. vel amitt. possess. Po-  
 steriora siquidem derogant prioribus l. 28. ff. de LL. & l. 12.  
 C. de Pactis nam vocabulum, debet necessitatem impor-

rat. l. 7. C. pr. de edendo prout id ipsum sua sententia stabilit Brunnem. in C. ad hanc l. 3. quod scilicet necessariò requiratur auctoritas Praesidis; cum quo faciunt Molin. in *Consuetudinibus* Paris. tit. 2. in *Glossa*. verbo Arresti n. 181. Donellus hic & Bachov. ad Treutl. Vol. I. D. 11. tb. 5. inf. Besold. in *Consulis Tubing.* p. 2. Cons. 41. n. 15. Rebuff. in l. 108. n. 8. de V. S. l. 5. §. 2. ff. quibus ex caus. in posses- eatur. & l. 1. §. 1. ff. quod via aut clam. ut & ipse Papinianus in l. 18. ff. de vi & vi arm. quamque opinionem corroborat l. ult. §. ult. C. de Codicill. cum nostra utique candem significationem habens test. Bartol. in l. 3. Corollario 1. C. de Pignor. & Hypothec. & in l. 2. ibique Socih. n. 104. ff. de leg. 2. Cephal. Cons. 360. n. 8. & 13. idem Besold. in Cons. Tubing. Cons. 36. vol. 284. n. 3. apud quem vidi citat. Doct.

.§. XIX.

Cum vero occasione legis jamjam pro instituti ratione explicata adhuc queri posset, quid statuendum sit de eo qui ex quo per pactum licentiam consecutus est in casu non facta solutionis debitoris personam propriam auctoritate deprehendere & tam diu detinere donec ipsi satisfactum. Eapropter, quia haec questio cum praecedente casu aliquam affinitatem habet, non potui eam silentio involvere. Dubium sane thema videtur Domino Stryckio in tractatu de jure sensuum Diss. 7. c. 2. num. 17. Prae-primis cum talis laederet jurisdictionem Magistratus, adeoque gravi aliqua poena plectendis per L. un. C. de privat. eart. Si respicio pactum inter debitorem & creditorem initum, dicendum videtur licitum id ipsum esse creditori propriam auctoritate debitori manus inferre cumque ar- restari

restari donec solvat quod debet, quia hoc ipse voluit. l. 9.  
 §. 1. ff. de aquâ & aquâ pluv. arcend. Verum enim vero  
 nullo modo approbare possum illorum frivolam senten-  
 tiam nec aliter justam & licitam eamque esse arbitror,  
 nisi imploratō auxilio judicis debitor per apparitorem ca-  
 piatur, & tamdiu carceri mancipetur, donec satisfecerit  
 obligationi. Robert. Marant. spec. aur. p. 6. membr. 1. de ci-  
 tat. n. 11. Matth. Coler. de proc. execut. p. 1. c. 6. num. 40.  
 Andr. Gail. de Pac. publ. l. 2. c. 2. n. 9.

## §. XX.

Quoniam verò nulla regula adeo firma est, quæ non  
 habeat exceptiones, non inconcinnè nonnullæ hujus re-  
 gularum limitationes apponi possunt, inter quas & illa re-  
 ferri potest, quando debitor in fuga est, tunc cum pro-  
 pria authoritate capere & ad Prætorem trahere licet ci-  
 tra ullam lassionem ordinis judicarii. Nam qui furem  
 deducit ad Praefectum vigilibus inquit Julianus vel ad  
 Præsidem, existimandus est elegisse viam, quâ rem perse-  
 queretur. l. 65. §. 1. ff. de furt. l. 10. §. 50. ff. quæ in fraud.  
 Cred. Quæ res ex LLXII. tabb. originem habet eamque  
 observari in curia testatur Christin. Vol. 2. D. 27.  
 aliquæ plures, quos merito brevitatis ergo omittit.

## §. XXI.

Ut autem locum habere possit ejusmodi remedium  
 extraordinarium diligenter ponderandæ examinanda-  
 que sunt circumstantiæ, an ad sint legitima requisita, qui-  
 bus deficientibus tumultus, seditiones, aliaque mala con-  
 sequentia oriri possunt, cautus igitur sit creditor, videat-

que

que (1.) ut debitor tempore quidem contractus fuerit idoneus & locuples, at postea facultatibus lapsus; nam si initio statim contractus inops & egenus fuisset, neque id constitisset Creditori, sancè de nullo quam de semetipso querulari poterit sibi imputaturus, quod non cautius mercatus fuerit. *l. 2. Cod. de furt.* (2.) requiritur ut debitum sit certum & liquidum, quod in continentि per instrumentum quartentigatum vel per testes aliquo modo probari & ante oculos ponи possit, ut eruditè demonstrat *Gail. l. 2. Observ. 44. t. t. Cod. de privat. carcer.* sed quam primum extradat eum judici ad evitandam privati carceris suspicionem.

## §. XXII.

Superius facta mentione de carcerebus privatis, jubar ut obiter & quasi in transitu moneamus hoc genus privati ergastuli apud Veteres Romanos valde usitatum, uti id ipsum exemplo demonstrat Livius agens de famosa civis Romani querela. Verum enim verò quoniam omnia hic adducere foret non necessarium, ideo saltēm videbo, an adhuc hodie hujus rei nonnulla vestigia remanserint. Etenim negari non potest, quin adhuc hodiē existent species quadam privati carcereb, quando nimur debitorem de fuga suspectum injecta manu in privato meo ad certas tamen & lege determinatas horas, quarum mentionem facit *l. 25. ff. ad L. Iul. de adulter. & Brunnem. in Cod. ad L. f. C. de exhib. & transmitt. reis detinere licet,* prout quoque testatur Farinac. *l. 1. queſt. 27. num. 21. & Carpzov. P. 2. Conf. 21. Def. 1. de patrefam. famulos & ancillas lascivientes includente per modicū aliquor tempus, de parentibus praeceptoribus ut & maritis idem*

sta-

statuit. l. 3. 4. C. de patr. porest. quia sua correlata sic corrigerere possunt. Gail. l. 1. observ. 54. num. 3.

### §. XXIII.

Dantur tamen adhuc plures casus quibus etiam absque judiciali via procedere licet, quando nimis Præsidis vel Magistratus copia haberri nequit, prout in insulis desertis, in solitudine, aut in aliqua longinqua navigatione evenit, tunc enim concessa est manus injectio propria autoritate. l. 54. C. de Decur. Permissum est quoque sibi ipsi iudicere defendendo corpus & membra sua, contra injustam aliquam vim & invasionem latronis, quo jure evenit, ut quod quis ob tutelam corporis sui fecerit, jure fecisse existimandus sit. l. 3. ff. de iust. & jur. nec expectare licet primum iustum, si grande immineat periculum, quo casu melius est in tempore malo occurrere, quam post vulneratam causam remedium querere. l. 1. C. quand. unicuique licet sine jud. Et c. ibique Brunneman. Nec etiam deneganda erit alicui defensio bonorum corporalium, conjugis, liberorum, famæ & pudicitiae, aliorumque sine quibus aut nullo modo aut non commodè satis vivitur, unicum saltem dare licet exemplum, quod scil. tempore incendi destruere mihi concessum sit vicini mei teatum igne corruptum circa iussum Prætoris, favor enim militat pro publico, quæ aedium defendantarum gratia sit. l. 3. §. 7. ff. de incend.

### §. XXIV.

Nec aliunde est, quod adulterum in adulterio de-

D

pre-

prehensum in lecto conjugali violantemque sanctissimum illud & divinitus constitutum vinculum interficere liceat eum adultera. *l. 38. S. 8. ff. ad L. Jul. de adulter.* ubi I Cetus Papinianus difficultum esse putat quod justus à marito possit temperari dolor. Quæ ratio impulsiva, quare Imperatores id constituerint, ex indulgentia & commiseratione erga partem lesam orta est. Christin. Vol. 2. *Disp. 152. num. 8.* quem regere & temperare cere positum videtur extra conditionem & mensuram humana, putarem tamen non omni jure destitutum esse virum illum cui tam nefariè illud eripitur, quod non aliter ac proprium suum spiritum diligere & tueri debet. Nec abs re est quod pudorem & celsitudinem eripere violentem occidere jure licet, cum illa vita & animæ nostra si non anterenda certè comparanda sit, quid enim quæsalvi est mulieri amissâ pudicitiam inquit Liv. *l. 1. c. 58.* Plures casus exceptos si quis legere gestit, adire potest Struv. in *Disp. de vind. priv.*

## §. XXV.

Ne verò diutius ea quæ scopo meo conducunt, differantur, varias in utramque Legis sententiam & rationes & auctoritates magnorum I Ctorum contemplatus sum, quod aliter fieri non potest, nisi præpositis rationibus dubitandi cum rationibus decideadi opinionem meam stabiliam.

*RATIONES DVBITANDI.*

## §. XXVI.

**Q**UAMVIS autem multi Doctores quos inter est Menochius, Sandius, Carpzov, Colerus, Grachius, & alii defen-

fendant justitiam possessionis ejus qui propria autoritate ex conventione pignus auffert, & quidem (1) propter l. f. C. de pign. act. in qua dicitur, quod non possit Creditor contra conventionem aut Præsidalem jussionē res debitoris arbitrio suo aufferre, inde quia argumentum à contrario sensu est frequentissimum, infertur, quod ex conventione sine Magistratus auxilio possessionem pignoris apprehendere sit permisum, ratio hujus rei esse potest, quod is qui specialiter in omnem eventum sibi cavit, cautelis juris non indigeat. l. 1. §. 6. Depos. l. f. C. de patt. convent. Accedit & illud quod conventio partium aequiparetur Magistratus jussui l. 1. C. si in caussā jud. pign. imò ingressus operatur illud, ne talis ingrediens incidat in Edictum Divi Marci L. 13. ff. quod metus causā l. 7. ff. ad L. Corn.. desicar. l. 6. & 7. C. unde vi. Prout quoque statuit Anthon. Neguz. aut in tract. de pign. n. 9. & 13. Menoch. de adipisci. possess. remed. s. n. 90. Altera hujus rei ratio hæc esse potest, æquum esse ut pacta serventur, præprimis cum hoc pactum non contraveniat rectæ rationi, aut bonis moribus, quod enim ab initio debitori placuit, id etiam invito eo fieri potest. §. 1. I. quibus alien. licet vel non. l. 14. ff. inf. de divers. & tempor. act. & Dominus pati injuriam non videtur, qui semel id approbavit, atque sic pactus est, imò improbè agit, & gravi peccato subjacet, qui contra pacta conventa audet resistere; Nam in omni contractuum genere imprimis id diligenter animadvertendum est, quid contrahentibus placuerit, & de quo inter illos conventum fuerit, Budel. de re monet. l. 2. cap. 3. n. 1. Besold. P. 6. Conf. 294. fol. 199. siquidem ea, quæ inter Creditorem & Debitem convenierunt, stricte observanda veniant, prout latè docet Albert. Brun. de augm. Monet in 2da

præsupp. n. 10. & idem Besold. conf. 61. P. 2. fol. 153. n. 3. Mev.  
 p. 4. Dec. 232. n. 5. Nemo igitur contrahentium in fraudem  
 alterius ius suum remittere, aut pacta conventa mutare  
 potest. Gail. l. 2. Obs. 126. Wesenb. conf. 63. n. 9. Anthon.  
 Faber. ad Cod. l. 5. t. 9. Def. 7. n. 2. quos citatos vid. apud  
 Tabor. in relar. argendor. relat. 125. n. 2. nec actui contra-  
 venire licet quem quis semel approbavit l. 13. C. de non  
 numer. pec. Sequentia vero verba intelligenda sunt in  
 modum consilii, quod consultius &c urbanius agat Credi-  
 tor, si faciat auctoritate judicis, propter incommoda quæ  
 inde facilè oriti possunt. Ad quod quoque facere vide-  
 tur, l. 7. §. 1. ff. de reb. eorum qui sub tut. sunt ubi agitur de  
 casu quando pupillus pignori dederit permisso Prætoris,  
 nonnullam esse dubitationem dicit, an alienatio impedit  
 possit, sed dicendum esse Creditorem ius suum exequi pos-  
 se, tutius tamen facere ipsum, si prius Prætorem adierit  
 vocabulum enim debet accipendum pro potest, prout  
 hinc inde in jure exempla extant, l. 71. in f. ff. de solut. in l.  
 2. §. 31. ff. ne quid in loc. publ. l. 9. ff. de aur. & arg. leg. l. 4.  
 §. ult. ff. de offic. procons. l. 8. §. 3. de legat. 2. l. 1. pr. de Hered.  
 Inst. l. 1. C. de furt. l. 45. ff. ad SCrum Trebell. Vim enim  
 vi repellere licet per l. 3. ff. de just. & jur. Itaque vim in-  
 justam debitoris, qua resistit Creditori ex conventione  
 ingredientis fundum vi contraria recte repellit. Et quem  
 admodum permittritur venditori propriâ auctoritate ma-  
 num injicere in servum cù lege à se venditum ut exporta-  
 retur per l. 1. & 2. C. si serv. expor. ven. & sicut licita et-  
 iam erat citatio obtorto collo, ubi aliquem trahi licebat  
 invitum ad judicem, quamvis multæ rixæ facilè inde  
 oriti poterant, tot. tit. de in jus voc. ita & hic æquum esse  
 bona

bona Debitoris propria auctoritate vi pacti occupare, quod per instantiam ex eo probatur, in contractu locati, ut & Emphyteuseos permisum est, non solventem Canonem intra triennium vel biennium vel re male utentem propriâ auctoritate è domo aut fundo ejicere, deducitur ex l. s4. §. 1. locat. conduct. l. 3. C. eod. l. 2. C. de Jur. Emphyt. c. 3. & 4. X. locat. Grack. in tract. de class. 2. cap. 20. & 21. Sic & venditor si emtor in mora auct. est solvendi destinato tempore rem venditam propria auctoritate occupare potest. Grack. d. tr. class. 2. c. 19. n. 10. 11. & seqq.

## RATIONES RESPONDENDI, S. DECIDENDI.

### §. XXVII.

**V**ERUM enim verò hæc & alia non obstant, ratio respondendi in promptu est, quod si enim privato cuivis, ut sibi jus diceret, permitteretur, nunquam sane judiciis suis constaret honos, nunquam Legibus sua auctoritas. Quin imò omnium civium tenuiorum bona libidini & avaritia potentiorum exponerentur, qui postea sine difficultate sub prætextu debiti aut juris in re quapiam sibi constituti per vim tenuioribus sua eriperent, illosque jure suo spoliarent, adeoque facile obtineret illud quod veretur Colotes Epicureus apud Plutarchum L. un. adversus Colot. circa fin. futurum ut vitam yiveremus ferarum & quialium haberet obviam, ipsum tantum non devoraret, ut jam non dicam, quod Magistratus Au-

D 3 tori-

toritas, & per consequens ipsa Divina Majestas, quam talis repräsentat, eluderetur, quod tamen dictamini re-  
ctæ rationis repugnat. l. 2. ff. de just. & jur. & causa Re-  
publicæ corruptionis Princeps, per ea quæ tradit, Lipsi-  
us 4. Polit. 12. Arniscæus doctr. Polit. l. 2. cap. 4. meritò  
hæc poena in hunc rigorem est extensa. Jacob Wis-  
senb. ad L. 178. ff. de R. 7. alia pinguiora adhuc remedia  
introducta, & hic textus in aliis juris locis, toties reperi-  
tur repetitus, ut ejusdem sàpius mortales recordentur  
ah! utinam recordarentur & illud Juvenal. Satyr. 13. sem-  
per in recenti memoria haberent

*Minuti semper & infirmi est animi exiguique volu-  
ptas ultio.*

Tunc fortassis eò citius, si non virtutis amore, uti jam supra monitum fuit, poenæ saltem formidine à lux temeritatis audacia abstinerent & sententiam judicis expestant. Siquidem ea tantummodo justa dicuntur, quæ authore Prætore fiunt, l. 11. ff. de acquir. vel amitt. possess. Inde nunc à contrario sensu concluso, quod ea quæ sine authoritate Magistratus fiunt, injusta dicantur. d. l. 178. ff. de R. 7. l. 15. C. de jud. & cæl. Hoc fundamento nitens, quia ante omnia, quæ aguntur, judicii constare simulque ab ipso examinari debent, l. 5. §. 19. dereb. cor. &c. quod cum in finem inductum est, ne quis sine causa cognitione possessione sua destituantur, l. 1. C. sicui per vim &c. Et quamvis multi Dd. probare conentur, justitiam possessionis propriâ autoritate ex pactæ occupat, l. 11. C. de pign. act. à contrario sen-

fensi, non tamen videre possum, quomodo ex L.  
illa suam sententiam probare velint, verba enim hujus Legis  
intelligenda sunt de Debitorum in sua voluntate per-  
severante, qui permittit Creditori privata autoritate in-  
gredi possessionem fundi, uti simile factum proponitur,  
*in l. 30. ff. de pignor. act. conf. Berg. in resolut. LL. Obſt. ad  
L. 20. T. I. queſt. 4.*

## §. XXIX.

Nec aliquam validitatem tribuere licet pacto huic  
contractui adjecto, quia non solum cum bonis moribus  
pugnare solet, dum ad delinquendum invitat, aliisque  
fenestram malè agendi aperit, sed & publicam quietem &  
judiciorum vigorem turbat Brunnem. *in Cod. ad L. 3. C. de  
pignor. & hypothec. Mev. P. 4. Dec. 217.* Quæcunque  
verò pacta tendunt ad cludenda & diminuenda judicia  
illa non sint licita & honesta. *L. 28. ff. de pact. imò multò  
magis pœnâ digna*, prout ipse Salvator Matth. XIX. dicit:  
*Væ illi homini per quem scandala veniunt.* Neque mo-  
veor aliquo modo à dissidentibus quando ab omni vi &  
injuria eum eximere student, qui possessionem sui debi-  
toris occupare conatur, rationibus eorum ac falsis funda-  
mentis subscribens cum illis Doctoribus statuo, qui neu-  
tiquam rem sibi debitam sine autoritate competentis ju-  
dicis apprehendere posse volunt. *L. 5. C. de vi priv. L. 9. C.  
soluto matrim. L. 5. C. de Legib. plerumque cum inveniant  
debitorem reluctantem, cui per id vis infertur vis etenim  
sit non solum si homines vulnerentur, nam & tunc vis est  
quando quis id quod debet sibi putat, non per judicem*

re-

reposit, non puto autem nec verecundia nec dignitati convenire quicquam non jure facere, l. 13. ff. quæ metus causa & l. 7. ff. ad L. Corn. de siccari. quæ dupli modo talis est, partim ratione partis, quæ hac ratione contra dissentientem debitorem procedit, partim verò ratione judicis, quia eo ipso creditor ejus jurisdictionem violat, dum per id sibi ipsi jus dicit, quod tamen omni juris ordini refragatur, ut quis remedio juris stipatus via facti procedere audeat. Ludov. Roman. conf. 71. num. 6. In summa quicquid circa hoc punctum in rationibus dubitandi dictum, id omne de debitore volente & in occupacionem consentiente intelligendum est d. text.

### §. l. XXIX.

Quibus præmissis ad reliqua facilis erit responsio, quando verbum *debent* accipiunt pro potest, quod aliquando quoque accidere potest, ut ita accipiatur, sicut exempla a nobis adducta multarum Legum, quæ exceptionis vicem subeunt, testantur, vid. Brislion. in Lexic. *jur. voc.* *debet*. Verum illa significatio non est hujus loci, sed sumitur hic propriè, quæ nativa est vocabuli *debet* importans necessitatem. Schneidevv. ad Inst. pag. m. 937. num. 23. & Bartol. ad L. 3. C. de *pignor*. Brunnum. quoque adhanc L. quod scil. Creditor cui ex pacto licentia ingrediendi data est, in bona Debitoris necessariò si aliter justè possidere velit, prout demonstrat L. 11. ff. de *acquir. vel amitt. possess.* authoritate judicis se immittere debeat l. 3. Berger. d. t. de *resolut.* ad L. 20. tit. 1. quest. 4. Et quamvis præceptum juris universalis sit, vim vi repellere, attamen

mendici nequit, Debitorum eo ipso vim inferre creditoris,  
si justè ei contradicit in possessione vi pacti acquirenda.

### §. XXX.

Ea verò quæ adhuc ulterius ad infringendam opinionem de Domino cui permissa est manus injectio in servum ea lege venditum, ut exportaretur, ut & de in jus vocatione obtorto collo factæ, deque pacto emtoris & venditoris proferuntur, harum rerum responsonem ipsi actui examinis mihi reservare volui.

### §. XXXI.

Conductorem & Emphyteutam quos denique attinget, sciendum est, illos haud aliter expelli posse, nisi per judicem, prout textus supra adducti sunt capendi Grack. d. tract. class. n. 2. c. 20. & 21. verbum enim expellere non significat propriam vindictam, quæ cum expressè hoc casu permitta non sit, observandus erit judiciorum vigor. Qui obtineri nequit nisi Magistratus auxilio, uti statuunt quam plurimi Doctores.

### §. XXXII.

Plura quidem hac de re adhuc moneri possent, nisi brevitas (quæ in omnibus valdè amica est) suaderet, rivulos esse claudendos. Hoc brocardico motus abrumpo, nihil amplius rogitans, quam ut Benevolus Lector simpli cimeo scripto si forte in uno vel altero aberravi, favere il-

Iudque quod deesse videtur sua eruditione supplere velit.  
 Hoc si impetraverim superest, ut DEO Ter Optimo  
 Terque Maximo pro largissima Spiritus Sancti assistentia,  
 proque innumeris in me indignum haec tenus collatis be-  
 neficiis maximas agam gratias, hocce annexo voto, ut in  
 posterum sua Sapientia mihi clementer adesse velit, quo  
 omnia ea, quæ in hac mortalitate facienda incumbunt,  
 prosperrimum fortiantur eventum, cui sit Laus,  
 Honor & Gloria semper.





## COROLLARIA.

I.

*Juri suendi pignoris nunquam prescribitur.*

II.

*Res legato & fideicomisso relicta propria  
authoritate recte occupantur.*

III.

*Res sacra alienari possunt.*

IV.

*Prater legitimam filio fideicomisso universali gravato Trebellianicam deducere licet.*

E 2

V. Ma-

V.

*Marito alienatio dotis in re immobili consi-  
stentis permissa est.*

VI.

*Testamentum hodie in captivitate factum  
validum est.*

---

**M**I Fili, tibi fausta precor, mea vota se-  
cundet.

Sacrosancta TRIAS, prosperè  
cuncta cedant

Et sanguis rutilans profusus sit tibi Christi,  
Certum animæ pignus, certaque vita  
salus.

Hoc pignus sacrum Christi Authoritate pre-  
hende,

Tunc dabitur Fili, sancta Tiaratibi.

Non

Non tantum in vitâ hâc mortali sed quoque  
posthac.

In vita æterna, diva Corona animæ.  
Et sicut sine consensu Superum sua, quam-  
vis.

Sit versus pactum, pignora nemo valet  
Prendere, sic rutilans hoc pignus cuncti Po-  
tentis

Cordatus capias, Authoritate DEI,  
Tunc verbum Domini & Codicis Lex ob-  
servata est,

Optime de qua nunc disseris & statuis  
Assidue pergas Proavus Libenthalius ex Te  
Fiat, qui sanctum Jus docuit Gissæ.

Paucis hisce lineolis Filio suo adhuc superstitione  
unico paternè omni genam prosperitatem  
festinante calamoprecatur, & gratulari  
voluit

PHILIPP. BURCKHARD. RIES,  
Castri Civitatisque Friedberg. Advocat.  
& Proc. Ord.

Mouisatum in aere acutum sed dures

Boreas

Cernis in adverso ut stellarum infamia  
cello

Letifero fontes explicet orbe comas.

Sirius, atque agros igni diffindat acuto,

Cum queritur raptas, flos taciturnus  
aqua.

Tu tamen ingredieris, fatis poscentibus, il-  
lam

Optatam Sophia, nunc per amande  
viam.

Latus discedas Zephynis felicibus opto,  
Et beet egressus introitusque Deus.

Est aliquid doctas Phœbi redamare puellas:

Perpernū siquidem præmia ferre solent.

Namque tuo (ut studiis finemque manum-  
que supremam

Imposuisse actu cerneris) illa pio  
Hoc pacto capiti barescunt insignia lauris

Quem sis virtutem commeruisse tibi.

Ma-

*Macte nova virtute, tuis fer commoda  
mille,  
Gaudiamille Patri, latitiam Patria.*

*Ita cordicitus vovet Germani Domini  
Fratri Politissimo Filio, J. V. Candi-  
dato dignissimo*

**JOH. WILHELM RIES,**

*Illustris Domus Franckensteiniana  
Ockstadiensis Praefectus.*

---

**R**em facis egregiam, monstrans de pon-  
te Cathedræ.  
Pignore de vero, macte tuo ingenio.  
Instat quo latum specimen nunc edere fla-  
gras,  
Voto ex succedat compreco ex animo.  
Efficiis hoc docto, ut mitram tibi virgo Mi-  
nerva.  
Imponat capiti, præmia detque bona,

*Sic*

Sic quisquis nostrum deberet munera ma-  
gna.  
Sed cuncti optamus sis decori ut Patria.

Hæc pauca Nobilissimo atque Doctissi-  
mo J. U. Candidato Conterraneo  
suo ut plurimum honorando ad-  
dere voluit atque debuit

JOHANN. HARTMANN STECHER,  
*Philos. Stud.*



312






94 A 7377


ULB Halle  
004 950 151

3



VD 17





9

Q. D. B. V.  
DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS  
*Leg. III. Cod.*

**DE PIGNORIBUS ET HYPOTHECIS**

*Analysin exhibens*  
QUAM  
**SUB PRÆSIDIO**  
*ALTISSIMI ET SAPIENTISSIMI FONTIS*  
*JESU CHRISTI*  
EX CONSENSU MAGNIFICI ET NOBILISSIMI  
**ICTORUM ORDINIS,**  
*IN CELEBERRIMA HAC GISSENA*  
**PRO LICENTIA,**  
SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES  
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA  
RITE ET SOLENNI MODO CAPESSENDI.  
*AD D. DECEMBR. ANNO M. DCC. III. H. L. C.*  
PUBLICO EXCELLENTISSIMORUM  
DNN. PROFESSORUM  
EXAMINI SUBJICIT  
**JOHANNES HENRICUS RIES,**  
FRIED. WEDDER.  
GISSÆ HASS. EXCUD. JOH. REINH. VULPIUS, ACAD. TYPOGR.